



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Locutio Dei Ad Cor Religiosi

Pawłowski, Daniel

Dilingæ, 1686

Indulgentia Plenaria Pro peragentibus Exercitia Spiritualia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60052](#)

INDULGENTIA PLENARIA

Pro peragentibus Exercitia Spiritualia.

Concessa primùm à Paulo V. Anno 1600. die 23. Maij, per Bullam, quæ incipit: Romanus Pontifex, &c. pro solis Religiosis; & quidem non nisi per decem dies ab aliorum conversatione separatis, atque hæc Exercitia absolvantibus. Extendit eam postea Alexander VII. Anno 1657 die 12. Octobris ad quoslibet Ecclesiasticos, & Laicos, in Domibus Societatis Exercitia Spiritualia peragentes, etiam eos, qui non nisi per octo dies ijs Exercitiis vacaverint. Bulla ejus incipit: Cùm sicut nobis nuper exponi fecit dilectus Filius, Goswinus Nickel, Præpositus Societatis JESU, &c. Tenor concessionis est talis.

Omnibus & singulis Christi fidelibus, tam prædictæ Societatis, aut cujuscunque alterius Ordinis, & Congregationis Regularibus, quam alijs quibuslibet Ecclesiasticis, & Laicis, qui in Domibus memoratæ Societatis Exercitia prædicta, juxta laudabilem ejusdem Societatis consuetudinem, per Octidui spatum, quandocunque peregerint, & interea temporis verè pœnitentes & confessi, Sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Dominio concedimus &c.

Verba